Quelle:
Copyright:

15.

Alcheri Cisterciens. liber de spiritu et anima.

174a – 132b

Alcheri Cistercienſis liber de ſpiritu et anima. Rubrica quidem codicis noſtri adſcribit hunc librum S. Auguſtino, ſed erronee; nam continet collectanea ex Auguſtino, Gennadio, Boethio, Alcuino, Hugone a S. Vict. Bernardo ꝛc: eamque ob cauſam ab edit: Benedict. Opp. S. Auguſtini in Append: T. VI locatur col: 35., et Alchero Monacho Clarevallenſi /circa anum 1147:/ adjudicatur eſt. Initium operis eſt: "Quoniam dictum eſt mihi ut me ipſum cognoſcam", et continet capita quinquaginta praefata editionis Mauriana: prio ra; coetera autem tam in codice noſtro, quam in edit: Opp: Hugonis a S. Vict. 1617. Mogunt: T. II. p. 96. ubi librum ſecundum de anima conſtituunt, deſideratur.

16

S. Auguſtini liber de beato latrone.

192a – 194b

"Incipit liber beati Auguſtini de beato latrone" haec rubrica eſt; initium veroque ris: "Deus erat in Xto mundum reconcilians." Cujus ſit hic liber /: Sermonem potius dixerim :/ ignoro. Inter opera S. Auguſtini peculiari nomine non comparet, unde ſi illius eſt, prodigionis certe fragmentum erit. Aut ſtilus alium omnino prodit authorem, rare non ineptum, nec latinae dictionis ignarum; ſive Ambroſij ſit, ſive Leon. ſive alius futura forſda, bit diſcuſſio.